

Le rat des villes et le rat des champs

Tandem **urbanus**¹ ad **hunc**² : « Quid te **iuuat**³ », inquit, « amice, 90
praerupti⁴ **nemoris**⁵ patientem uiuere dorso ?
Vis tu homines urbemque feris praeponere siluis ?
Carpe uiam, mihi crede, comes, terrestria quando
mortalis animas uiuunt **sortita**⁶ neque ulla est
aut magno aut paruo leti fuga : **quo**, bone, **circa**⁷, 95
dum licet, in rebus iucundis uiue beatus,
uiue memor quam sis aeui breuis. » Haec ubi dicta
agrestem⁸ **pepulere**⁹, domo leuis **exsilit**¹⁰ ; inde
ambo¹¹ propositum peragunt iter, urbis **auentes**¹²
moenia nocturni subrepere. Iamque tenebat 100
nox medium caeli spatium, cum ponit **uterque**¹³
in **locuplete**¹⁴ domo uestigia, rubro ubi **cocco**¹⁵
tincta super lectos canderet uestis **eburnos**¹⁶
multaque de magna superessent **fercula**¹⁷ cena,
quae procul exstructis inerant **hesterna**¹⁸ **canistris**¹⁹. 105
Ergo ubi purpurea **porrectum**²⁰ in ueste locauit
agrestem, ueluti **succinctus**²¹ **cursitat**²² hospes
continuatque²³ dapes nec non **uerniliter**²⁴ ipsis
fungitur officiis, **praelambens**²⁵ omne quod adfert.

HORACE, *Satires*, II, 6, v. 90-109

¹ Sous-entendre *mus* (de *mus*, *muris*, m.).

² Ce pronom désigne le rat des champs.

³ *me iuuat* : il me plaît

⁴ *praeruptus*, a, um : escarpé, abrupt

⁵ *nemus*, oris, n. : le bois

⁶ *sortior*, iris, iri, *sortitus sum* (dép.) : obtenir par le sort

⁷ *quocirca* (adv.) : c'est pourquoi, en conséquence

⁸ Comme au vers 107, il faut sous-entendre *murem*.

⁹ *pello*, is, ere, *pepuli*, *pulsum* : remuer l'âme, émouvoir, faire impression

¹⁰ *ex(s)ilio*, is, ire, *ex(s)ilui*, *ex(s)ultum* : sauter hors de, bondir

¹¹ *ambo*, ae, o : tous les deux

¹² *auéo*, es, ere : désirer vivement

¹³ *uterque*, *utroque*, *utrumque* : l'un et l'autre, les deux

¹⁴ *locuples*, etis : riche

¹⁵ *coccum*, i, n. : l'écarlate

¹⁶ *eburnus*, a, um : d'ivoire

¹⁷ *ferculum*, i, n. : le mets, le plat

¹⁸ *hesternus*, a, um : d'hier, de la veille

¹⁹ *canistra*, orum, n. pl. : les paniers, les corbeilles

²⁰ *porrigo*, is, ere, *porrexi*, *porrectum* : allonger

²¹ *succinctus*, a, um : ayant son vêtement retroussé, relevé ; d'où libre de ses mouvements

²² *cursito*, as, are, *auri*, *atum* : courir ça et là

²³ *continuo*, as, are, *auri*, *atum* : faire (se) succéder sans interruption

²⁴ *uerniliter* (adv.) : comme un esclave

²⁵ *praelambo*, is, ere : déguster auparavant, goûter auparavant

Le perroquet est mort ! Le perroquet est mort !

Psittacus, **Eois**¹ imitatrix ales ab Indis,
occidit — **exequias**² ite frequenter, aues !
Ite, piaae uolucres, et **plangite**³ pectora pinnis
et rigido teneras **ungue**⁴ **notate**⁵ **genas**⁶ !
Horrida pro maestis **lanietur**⁷ pluma capillis,
pro longa resonent carmina uestra **tuba**⁸ ! [...]
Omnes, quae liquido **libratis**⁹ in aere cursus,
tu tamen ante alios, **turtur**¹⁰ amice, dole !
Plena fuit uobis omni concordia uita
et stetit ad finem longa tenaxque fides.
Quod fuit **Argolico**¹¹ **iuuenis**¹² **Phoceus**¹³ **Orestae**¹⁴,
hoc tibi, dum licuit, psittace, turtur erat.
Quid tamen ista fides, quid rari forma coloris,
quid uox mutandis ingeniosa sonis,
quid **iuuat**¹⁵, ut datus es, nostrae placuisse puellae ?
Infelix, auium gloria, **nempe**¹⁶ iaces !
Tu poteras fragiles pinnis **hebetare**¹⁷ **zmaragdus**¹⁸
tincta gerens rubro **Punica**¹⁹ **rostra**²⁰ **croco**²¹.
Non fuit in terris uocum **simulantior**²² ales —
reddebas **blaeso**²³ tam bene uerba sono !

OVIDE, *Amours*, II, 6, v. 1-6 et 11-24

¹ *Eous*, a, um : d'Orient, oriental

² *ex(s)equiae*, arum, f. pl. : les obsèques, les funérailles

³ *plango*, is, ere, *planxi*, *planctum* : frapper

⁴ *unguis*, is, m. : l'ongle, la griffe

⁵ *noto*, as, are, *auī*, *atum* : marquer

⁶ *gena*, ae, f. : la joue

⁷ *lanio*, as, are, *auī*, *atum* : mettre en pièces, déchirer, lacérer

⁸ *tuba*, ae, f. : la trompette

⁹ *libro*, as, are, *auī*, *atum* : balancer

¹⁰ *turtur*, uris, m. ou f. : la tourterelle

¹¹ *Argolicus*, a, um : d'Argos, argien

¹² Ce jeune homme est Pylade, fils du roi de Phocide et cher ami d'Oreste.

¹³ *Phoceus*, a, um : de Phocide, phocidien

¹⁴ *Orestes*, ae, m.

¹⁵ *iuuat* : il est utile

¹⁶ *nempe* (adv.) : ici, de fait, assurément

¹⁷ *hebetō*, as, are, *auī*, *atum* : émousser, affaiblir

¹⁸ *zmaragdus*, i, m. : l'émeraude

¹⁹ *Punicus*, a, um : ici, rouge

²⁰ *rostrum*, i, n. : le bec

²¹ *crocum*, i, n. : le safran ; la couleur pourpre (du safran)

²² *simulo*, as, are, *auī*, *atum* : simuler, feindre

²³ *blaesus*, a, um : bègue, qui balbutie ; ici, qui (se) répète

Infortune porcine des compagnons d'Ulysse

La flotte d'Ulysse a été décimée : les survivants accostent sur l'île de Circé. Seule une vingtaine d'hommes, dont un nommé Macarée, se rend dans le palais de la magicienne. Elle trône entourée de nymphes et de néréides.

Haec¹ ubi nos uidit, dicta acceptaque salute
diffudit² uultus et reddidit **omina**³ uotis.
Nec **mora**⁴, misceri **tosti**⁵ iubet **hordea**⁶ grani
mellaque **uimque**⁷ **meri**⁸ cum lacte **coagula**⁹ passo,
quique sub hac lateant furtim dulcedine, **sucos**¹⁰ 275
adicit¹¹. Accipimus sacra data **pocula**¹² dextra.
Quae simul **arenti**¹³ **sitientes**¹⁴ hausimus ore
et tetigit summos **uirga**¹⁵ dea **dira**¹⁶ capillos,
(et pudet et referam) **saetis**¹⁷ **horrescere**¹⁸ coepi,
nec iam posse loqui, pro uerbis edere raucum 280
murmur et in terram toto procumbere uultu,
osque meum sensi **pando**¹⁹ **occallescere**²⁰ **rostro**²¹,
colla **tumere**²² **toris**²³, et qua modo **pocula** parte
sumpta mihi fuerant, illa uestigia feci
cumque eadem passis (tantum medicamina possunt !) 285
claudor **hara**²⁴, solumque **suis**²⁵ caruisse figura
uidimus **Eurylochum**²⁶ : solus data pocula fugit ;
quae nisi uitasset, pecoris pars una manerem
nunc quoque **saetigeri**²⁷, nec tantae cladis ab illo
certior²⁸ ad **Circen**²⁹ **ultor**³⁰ uenisset **Vlixes**³¹. 290

OVIDE, *Métamorphoses*, XIV, v. 271-290

¹ Ce pronom renvoie à Circé.

² *diffundo, is, ere, diffudi, diffusum* : ici, épanouir

³ *omen, inis, n.* : le présage

⁴ *mora, ae, f.* : le délai, le retard

⁵ *tostus, a, um* : grillé

⁶ *hordeum, i, n.* : l'orge

⁷ *uis, uim (acc.)*, pas de gén., f. : la force ; ici, la grande quantité

⁸ *merum, i, n.* : le vin pur

⁹ *coagulum, i, n.* : la présure (qui contient des enzymes faisant coaguler le lait)

¹⁰ *sucus, i, m.* : le suc ; la potion

¹¹ *adi(i)cio, is, ere, adieci, adiectum* : ajouter

¹² *poculum, i, n.* : la coupe

¹³ *areo, es, ere, arui, —* : être sec

¹⁴ *sitio, is, ire, siti(u)i, sititum* : avoir soif

¹⁵ *uirga, ae, f.* : la baguette

¹⁶ *dirus, a, um* : terrible, funeste

¹⁷ *saeta, ae, f.* : le crin, le poil dru

¹⁸ *horresco, is, ere, horrui, —* : se hérissier

¹⁹ *pandus, a, um* : courbé, retroussé

²⁰ *occalesco, is, ere, occalui, —* : se durcir

²¹ *rostrum, i, n.* : le bec ; ici, le groin

²² *tumeo, es, ere* : être gonflé

²³ *torus, i, m.* : ici, le bourrelet

²⁴ *hara, ae, f.* : l'étable à porcs, la porcherie

²⁵ *sus, suis, m.* : le porc

²⁶ Euryloque est l'un des compagnons d'Ulysse.

²⁷ *saeteger, era, erum* : hérissé de soies, de crin

²⁸ *certior, oris* : ici, informé

²⁹ *Circe, es, f.* : Circé [*Circen* est un accusatif grec]

³⁰ *ultor, oris < ulciscor, eris, i, ultus sum* (dép.)

³¹ *Vlixes, is, m.* : Ulysse

Revendications végétariennes

« Mortels, évitez de souiller vos corps avec des mets impies ! » C'est ainsi que commence le discours, mis en scène par Ovide, du philosophe Pythagore dont voici un extrait.

Carne ferae **sedant**¹ **ieiunia**², nec tamen omnes :
quippe³ equus et **pecudes**⁴ **armentaque**⁵ **gramine**⁶ uiuunt ;
at quibus ingenium est **inmansuetumque**⁷ ferumque, 85
Armeniae tigres iracundique leones
cumque lupis ursi, **dapibus**⁸ cum sanguine gaudent.
Heu ! quantum scelus est in uiscera uiscera condi
congestoque⁹ auidum **pinguescere**¹⁰ corpore corpus
alteriusque animans animantis uiuere leto ! 90
Scilicet¹¹ in tantis opibus, quas, optima matrum,
terra **parit**¹², nil te nisi tristia **mandere**¹³ saeue
uulnera dente **iuuat**¹⁴ **ritusque**¹⁵ referre **Cyclopum**¹⁶,
Nec, nisi perdideris alium, **placare**¹⁷ **uoracis**¹⁸
et **male morati**¹⁹ poteris **ieiunia** uentris ? 95
At uetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,
fetibus²⁰ arboreis et, quas humus educat, herbis
fortunata fuit nec **polluit**²¹ ora **cruore**²².
Tunc et aues tutae mouere per aera pennas
et **lepus**²³ inpauidus mediis errauit in **aruis**²⁴ ; 100
nec sua credulitas piscem suspenderat **hamo**²⁵ :
cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem
plenaque pacis erant. Postquam non utilis auctor
uictibus²⁶ **inuidit**²⁷, **quisquis**²⁸ fuit ille, leonum
corporeasque²⁹ **dapes** auidum **demersit**³⁰ in **aluum**³¹, 105
fecit iter sceleri.

OVIDE, *Métamorphoses*, XV, v. 83-106

¹ *sedo, as, are, aui, atum* : apaiser, calmer

² *ieiunium, ii, n.* : le jeûne ; *ici*, la faim

³ *quippe* : *ici*, car

⁴ *pecus, udis, f.* : le petit bétail, le mouton, la brebis

⁵ *armentum, i, n.* : le gros bétail, le troupeau

⁶ *gramen, inis, n.* : l'herbe

⁷ *inmansuetus, a, um* : sauvage, cruel, féroce

⁸ *dapes, um, f. pl.* : le repas, le banquet, les mets

⁹ *congero, is, ere, congersi, congestum* : amasser, entasser, accumuler

¹⁰ *pinguesco, is, ere* : s'engraisser

¹¹ *scilicet* : apparemment

¹² *pario, is, ere, peperii, partum* : enfanter, produire

¹³ *mando, is, ere, mandi, mansum* : mâcher

¹⁴ *me iuuat (+ inf.)* : il me plaît (de)

¹⁵ *ritus, us, m.* : l'usage, la coutume

¹⁶ *Cyclops, opis, m.*

¹⁷ *placo, as, are, aui, atum* : apaiser, calmer

¹⁸ *uorax, uoracis (adj.)*

¹⁹ *male moratus, a, um* : qui a de mauvaises habitudes

²⁰ *fetus, us, m.* : *ici*, la production de la terre

²¹ *polluo, is, ere, pollui, pollutum* : souiller

²² *cruor, oris, m.* : le sang (qui coule)

²³ *lepus, oris, m.* : le lièvre

²⁴ *aruum, i, n.* : le champ

²⁵ *hamus, i, m.* : l'hameçon

²⁶ *uictus, us, m.* : les aliments, la nourriture

²⁷ *inuideo, es, ere, inuidi, inuisum (+ dat.)* : jalouser

²⁸ *quisquis* : qui que ce soit qui, quel... que

²⁹ *corporeus, a, um* : *ici*, de chair

³⁰ *demergo, is, ere, demersi, demersum* : déverser

³¹ *aluus, i, m.* : le ventre, les intestins

Les grenouilles qui demandaient un roi

Athènes fleurissait, gouvernée par des lois équitables mais un excès de liberté vient troubler la cité : des factions conspirent et le tyran Pisistrate prend le pouvoir. Voici la fable que leur raconte alors Ésope.

« **Ranae**¹, uagantes liberis **paludibus**²,
clamore magno regem petiere ab Ioue,
qui dissolutos mores ui **compesceret**³.
Pater deorum risit atque illis dedit
paruam **tigillum**⁴, missum quod subito **uadis**⁵
motu sonoque terruit pauidum genus.
Hoc **mersum**⁶ **limo**⁷ cum iaceret diutius,
forte **una**⁸ tacite profert e **stagno**⁹ caput
et explorato rege cunctas euocat.
Illae timore posito **certatim**¹⁰ adnatant,
lignumque¹¹ supra turba **petulans**¹² **insilit**¹³.
Quod cum **inquinassent**¹⁴ omni contumelia,
alium rogantes regem **misere**¹⁵ ad Iouem,
inutilis quoniam esset qui fuerat **datus**¹⁶.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
corripere¹⁷ coepit singulas. **Frustra**¹⁸ **necem**¹⁹
fugitant **inertes**²⁰ ; uocem praecludit metus.
Furtim²¹ igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,
adflctis ut **succurrat**²². Tunc contra **Tonans**²³ :
“Quia noluistis uestrum ferre”, inquit “bonum,
malum **perferte**²⁴”. Vos quoque, o ciues, **ait**²⁵,
hoc sustinete, maius ne ueniat, malum. »

PHÈDRE, *Fables*, I, 2

¹ *rana, ae, f.* : la grenouille

² *palus, udis, f.* : le marais

³ *compesco, is, ere, compescui, —* : retenir, réprimer

⁴ *tigillum, i, n.* : la petite poutre

⁵ *uadum, i, n.* : le gué, le bas-fond

⁶ = *immersum*

⁷ *limus, i, m.* : la boue, le limon

⁸ Sous-entendre *rana*.

⁹ *stagnum, i, n.* : l'eau stagnante, l'étang

¹⁰ *certatim* (adv.) : à l'envi, à qui mieux mieux

¹¹ *lignum, i, n.* : le bois, le bout de bois

¹² *petulans, antis* : effronté, impudent

¹³ *insilio, is, ire, insilui, insultum* : sauter sur, bondir sur

¹⁴ *inquino, as, are, aui, atum* : souiller, déshonorer

¹⁵ Il s'agit d'une forme verbale.

¹⁶ = *erat datus*

¹⁷ *corripio, is, ere, corripui, correptum* : se saisir de, s'emparer de

¹⁸ *frustra* (adv.) : en vain

¹⁹ *nex, necis, f.* : la mort (violente)

²⁰ *iners, ertis* : sans ressort = (ici) sans moyen de se défendre

²¹ *furtim* (adv.) : en cachette

²² *succurro, is, ere, succurri, succursum* + dat.

²³ *Tonans, antis* : le Tonnant (surnom de Jupiter)

²⁴ *perfero, fers, ferre, pertuli, perlatum* : supporter jusqu'au bout

²⁵ C'est Ésope qui parle.

Des éléphants et des hommes

Ad reliqua **transeamus**¹ animalia et primum terrestria. Maximum est elephans proximumque humanis **sensibus**², **quippe**³ **intellectus**⁴ illis **sermonis patrii**⁵ et imperiorum **obedientia**⁶, officiorum quae didicere memoria, amoris et gloriae uoluptas, **immo uero**⁷, quae etiam in homine rara, probitas, prudentia, aequitas, religio quoque siderum solisque ac lunae ueneratio. Auctores sunt in Mauretaniae **saltibus**⁸ ad **quendam**⁹ **amnem**¹⁰, cui nomen est **Amilo**¹¹, **nitescere**¹² luna noua greges eorum descendere ibique se purificantes sollemniter aqua **circumspergi**¹³ atque ita salutato **sidere** in siluas reuerti **uitulorum**¹⁴ fatigatos prae se ferentes. Alienae quoque religionis **intellectu** creduntur maria **transituri** non ante naues **conscendere**¹⁵ quam inuitati **reitoris**¹⁶ iureiurando de reditu, uisque sunt **fessi**¹⁷ **aegritudine**¹⁸, **quando**¹⁹ et illas **moles**²⁰ **infestant**²¹ **morbi**²², herbas **supini**²³ in caelum iacentes, **ueluti**²⁴ **tellure**²⁵ precibus **allegata**²⁶. Nam, quod docilitatem attinet, regem adorant, **genua submittunt**²⁷, coronas **porrigunt**²⁸. Indis arant minores, quos appellant **nothos**²⁹.

PLINE L'ANCIEN, *Histoire naturelle*, VIII, 1

¹ *transeo, is, ire, transi(u)i, transitum* : passer
² *sensus, us, m.* : le sentiment, la disposition d'esprit, l'intelligence
³ *quippe* : ici, car
⁴ *intellectus, us, m.* : la compréhension, l'intelligence
⁵ *sermo (onis, m.) patrius* : la langue maternelle, la langue du lieu où l'on vit
⁶ *oboedentia, ae, f.* : l'obéissance
⁷ *immo uero* : ici, et même mieux
⁸ *saltus, us, m.* : le(s) bois
⁹ = *quemdam*
¹⁰ *amnis, is, m.* : le fleuve
¹¹ *Amilus, i, m.* : l'Amilas [fleuve de Mauritanie]
¹² *nitescere, es, ere* : devenir luisant, se mettre à briller
¹³ *circumspingo, is, ere* : asperger
¹⁴ *uitulus, i, m.* : le petit (d'un animal)

¹⁵ *conscendo, is, ere, conscendi, conscensum* : monter
¹⁶ *rektor, oris, m.* : celui qui régit, qui guide
¹⁷ *fessus, a, um* : fatigué
¹⁸ *aegritudo, inis, f.* : la maladie physique
¹⁹ *quando* : ici, puisque
²⁰ *moles, is, f.* : la masse
²¹ *infesto, as, are, aui, atum* : harceler, attaquer
²² *morbus, i, m.* : la maladie
²³ *supinus, a, um* : tourné vers le haut, couché sur le dos
²⁴ *ueluti* = *uelut* = *ut* comparatif
²⁵ *tellus, uris, f.* : la terre
²⁶ *adlego, as, are, aui, atum* : ici, prendre à témoin
²⁷ *genua submittere* : fléchir le genou
²⁸ *porrigo, is, ere, porrexi, porrectum* : tendre, offrir
²⁹ *nothus, a, um* : bâtard

Gare au loup-garou !

Au sein d'une longue section du *Satiricon* souvent nommée « le banquet de Trimalcion », l'hôte donne la parole à l'un de ses invités, Nicéros. Ce dernier se met alors à raconter la drôle d'histoire qui lui est arrivée : lorsqu'il était encore esclave, il a profité d'une absence de son maître pour aller voir Mélissa, qui est l'épouse d'un cabaretier et dont il est tombé amoureux. Afin de faire le chemin plus sereinement, il persuade un hôte de son maître Gaius de l'accompagner. Mais voilà que, parvenu dans un cimetière, cet homme se déshabille, urine sur ses vêtements... et se transforme en loup ! Nicéros en reste stupéfait, découvre que les vêtements de l'homme se sont changés en pierre et se rend, apeuré, chez son amoureuse...

Gladium tamen **strinxi**¹ et in tota uia umbras **cecid**i², donec ad uillam amicae meae peruenirem. Vt **larua**³ intraui, paene animam **ebulliui**⁴, sudor mihi per **bifurcum**⁵ uolabat, oculi mortui ; uix unquam **refectus sum**⁶. Melissa mea mirari coepit quod tam **sero**⁷ ambularem et : « Si ante, inquit, uenisses, **saltem**⁸ nobis **adiutasses**⁹ ; lupus enim uillam intrauit et omnia pecora tanquam **lanius**¹⁰ sanguinem illis **misit**¹¹. Nec tamen **derisit**¹², etiamsi fugit ; seruus enim noster lancea collum eius traiecit. » Haec ut audiui, operire oculos amplius non potui, sed luce clara Gai nostri domum fugi tanquam **copo**¹³ **compilatus**¹⁴ ; et postquam ueni in illum locum in quo lapidea uestimenta erant facta, nihil inueni nisi sanguinem. Vt uero domum ueni, iacebat miles meus in lecto, tanquam bouis, et collum illius medicus curabat. Intellexi illum **uersipellem**¹⁵ esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses.

PÉTRONE, *Satiricon*, 62

¹ *stringo, is, ere, strinxi, strinctum* : ici, tirer, dégainer

² *caedo, is, ere, cecidi, caesum*

³ *larua, ae, f.* : le fantôme

⁴ *ebullio, is, ire, ebulli(u)i, ebullitum* : faire sortir ; *ebullire animam* : rendre l'âme, mourir

⁵ *bifurcum, i, n.* : la chose fourchue, la bifurcation ; *ici*, l'entrefesse

⁶ *reficio, is, ere, refeci, refectum* : refaire, réparer, restaurer

⁷ *sero (adv.)* : tard

⁸ *saltem (adv.)* : au moins, du moins

⁹ *adiuto, as, are, aui, atum (+ dat.)* : donner son assistance (à), aider

¹⁰ *lanius, ii, m.* : le boucher

¹¹ *Sanguinem alicui mittere*, litt. « faire couler le sang de qqn », d'où « saigner qqn ». Avec une anacoluthie, *illis* reprend *omnia pecora*.

¹² *derideo, es, ere, derisi, derisum* : ici, rire, faire le malin

¹³ *copo (caupo), onis, m.* : le cabaretier

¹⁴ *compilo, as, are, aui, atum* : dépouiller

¹⁵ *uersipellis, e* : qui change de forme, qui se métamorphose [ici, le mot est substantivé avec le sens de « loup-garou »]

La mort d'un magnifique perroquet

Psittace, dux uolucrum, domini **facunda**¹ uoluptas,
humanae **sollers**² imitator, psittace, linguae,
quis tua tam subito praeclusit murmura fato ?
Hesternus³, miserande, **dapes**⁴ moriturus inisti
nobiscum, et gratae **carpentem**⁵ munera **mensae**⁶
errantemque **toris**⁷ mediae plus tempore noctis
uidimus. **Adfatus**⁸ etiam meditataque uerba
reddideras. At nunc aeterna silentia **Lethes**⁹
ille **canorus**¹⁰ habes. Cedat **Phaethontia**¹¹ uulgi
fabula : non soli celebrant sua funera cygni.
At tibi quanta domus **rutila**¹² **testudine**¹³ fulgens,
conexusque¹⁴ **ebori**¹⁵ **uirgarum**¹⁶ argenteus ordo,
argutumque¹⁷ tuo stridentia limina cornu
et **querulae**¹⁸ iam sponte **fores**¹⁹ ! Vacat ille beatus
carcer, et augusti **nusquam**²⁰ **conuicia**²¹ tecti.
Huc doctae **stipentur**²² aues **quis**²³ nobile **fandi**²⁴
ius natura dedit [...] !
Ferte simul gemitus **cognataque**²⁵ ducite flammis
funera [...] !

STACE, *Silves*, II, 4, v. 1-17 et 22-23

¹ *facundus, a, um* : éloquent

² *sollers, ertis* : habile, adroit

³ *hesternus, a, um* : d'hier

⁴ *dapes, um, f. pl.* : le repas, le festin, les mets

⁵ *carpo, is, ere, carpsi, carptum* : *ici*, cueillir, recueillir

⁶ *mensa, ae, f.* : la table

⁷ *torus, i, m.* : *ici*, le lit de table

⁸ *adfor, aris, ari, adfatus sum* (dép.) : parler

⁹ *Lethe, es, f.* : le Léthé [l'un des cinq fleuves de l'Enfer, dans lequel les morts oublient leur vie passée]

¹⁰ *canorus, a, um* : harmonieux, mélodieux

¹¹ *Phaethontius, a, um* : de Phaéton

[Phaéton est le fils du dieu Soleil. Après avoir emprunté le char de son père, il perdit le contrôle des chevaux et embrasa ciel et terre, si bien que Zeus le foudroya. Son demi-frère Cygnus fut transformé en cygne et se lamenta sur la mort de son parent.]

¹² *rutilus, a, um* : d'un rouge ardent, brillant

¹³ *testudo, inis, f.* : la tortue ; *ici*, l'écaille

¹⁴ *conecto, is, ere, conexui, conectum* : attacher ensemble, lier

¹⁵ *ebur, oris, n.* : l'ivoire

¹⁶ *uirga, ae, f.* : la petite branche, le petit faisceau

¹⁷ *argutus, a, um* : *ici*, aigu, strident

¹⁸ *querulus, a, um* : plaintif, gémissant, criard

¹⁹ *fores*, gén. inusité, f. pl. : la porte

²⁰ *nusquam* (adv.) : nulle part

²¹ *conuicium, ii, n.* : l'éclat de voix, la clameur, le vacarme, les cris, les criailleries

²² *stipo, as, are, aui, atum* : escorter, faire cortège à

²³ = *quibus*

²⁴ Voir note 8.

²⁵ *cognatus, a, um* : apparenté, uni par le sang ; *ici*, de votre parent

Une erreur qui mériterait un bonnet d'âne...

Lucius, un jeune Romain curieux de magie, raconte lui-même ses aventures dans le roman d'Apulée : lors d'un voyage en Grèce, le protagoniste, grâce à la servante Photis (qui l'aime), vient d'assister à la métamorphose de la sorcière Pamphile en oiseau. Comme il souhaite se changer lui aussi en oiseau, il exhorte Photis à lui donner, en gage d'amour, la pommade permettant la métamorphose. Photis accepte... mais se trompe de boîte !

Haec¹ **identidem**² **adseuerans**³ summa cum trepidatione inrepiit cubiculum et **pyxidem**⁴ **depromit**⁵ **arcula**⁶. Quam ego amplexus ac **deosculatus**⁷ prius utque mihi prosperis faueret uolatibus **deprecatus**⁸ abiectis propere **laciniis**⁹ totis auide manus immersi et haurito **plusculo**¹⁰ **uncto**¹¹ corporis mei membra **perfricui**¹². Iamque alternis conatibus **libratis**¹³ brachiis in auem similis **gestiebam**¹⁴ ; nec ullae plumulae nec usquam **pinnulae**¹⁵, sed plane pili mei **crassantur**¹⁶ in **setas**¹⁷ et cutis **tenella**¹⁸ duratur in **corium**¹⁹ et in **extimis**²⁰ palmulis perduto numero toti digiti coguntur in singulas **ungulas**²¹ et de spinae meae termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis et os **prolixum**²² et nares hiantes et labiae pendulae ; sic et aures inmodicis horripilant auctibus. Nec ullum miserae **reformationis**²³ uideo solacium, nisi quod mihi iam nequeunti tenere Photidem **natura**²⁴ crescebat. Ac salutis **inopia**²⁵ cuncta corporis mei considerans non auem me sed asinum uideo, querens de facto **Photidis**²⁶ sed iam humano gestu simul et uoce priuatus.

APULÉE, *L'Âne d'or ou Les Métamorphoses*, III, 24, 1 – 25, 1

¹ Ce pronom renvoie aux affirmations de Photis assurant à Lucius qu'elle sera capable de lui redonner sa forme humaine après sa métamorphose.

² *identidem* (adv.) : sans cesse, continuellement

³ *adseuero, as, are, aui, atum* : affirmer, assurer

⁴ *pyxis, pyxidis*, f. : la petite boîte

⁵ *depromo, is, ere, deprompsi, depromptum* : sortir de, tirer de

⁶ *arcula, ae*, f. : le coffret

⁷ *deosculor, aris, ari, deosculatus sum* (dépr.) : embrasser avec effusion

⁸ *deprecor, aris, ari, deprecatus sum* (dépr.) : demander avec instance

⁹ *lacinia, ae*, f. : le vêtement

¹⁰ *plusculus, a, um* : une bonne quantité de

¹¹ *unctum, i, n.* : l'onguent

¹² *perfrico, as, are, aui, atum* : frotter complètement, frictionner

¹³ *libro, as, are, aui, atum* : mettre en mouvement, balancer

¹⁴ *gestio, is, ire, gesti(u)i, —* : ici, faire des gestes, gesticuler

¹⁵ *pinnula, ae*, f. : la petite plume

¹⁶ *crasso, as, are, aui, atum* : épaissir

¹⁷ *s(a)eta, ae*, f. : le crin

¹⁸ *tenellus, a, um* : diminutif de *tener, era, erum*

¹⁹ *corium, ii, n.* : le cuir

²⁰ *extimus, a, um* : qui est à l'extrémité

²¹ *ungula, ae*, f. : le sabot

²² *prolixus, a, um* : allongé, long

²³ *reformatio, onis, f.* : la métamorphose

²⁴ *natura, ae*, f. : ici, le sexe

²⁵ *inopia, ae*, f. : le manque, la privation

²⁶ *Photis, idis*, f. : Photis

Le lion d'Androclès

L'auteur Apion raconte avoir assisté un jour à un spectacle peu ordinaire : alors qu'il était aux jeux du Cirque et que des condamnés devaient lutter pour leur vie face à des bêtes, un lion s'approche de l'un des esclaves et se met à le lécher doucement sans l'attaquer, ce à quoi l'homme, une fois rassuré, répond par des marques d'affection réciproque. L'empereur demande alors à l'esclave, Androclès, d'expliquer un tel comportement. Voici l'histoire qu'Androclès raconte alors.

« Neque multo post ad eandem **specum**¹ uenit hic leo debili uno et cruento pede gemitus **edens**² et murmura dolorem cruciatumque uulneris **commiserantia**³. » Atque illic primo quidem conspectu aduenientis leonis territum sibi et **pauefactum**⁴ animum dixit. « Sed postquam introgressus », inquit, « leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, uidet me procul **delitescentem**⁵, mitis et **mansues**⁶ accessit et sublatum pedem ostendere mihi et **porrigere**⁷ quasi **opis**⁸ petendae gratia uisus est. Ibi ego **stirpem**⁹ ingentem **uestigio**¹⁰ pedis eius haerentem **reuelli**¹¹ conceptamque **saniem**¹² uolnere intimo expressi **accuratiusque**¹³ sine magna iam **formidine**¹⁴ **siccaui**¹⁵ **penitus**¹⁶ atque **detersi**¹⁷ cruorem. Illa tunc mea opera et **medella**¹⁸ **leuatus**¹⁹ pede in manibus meis posito recubuit et quieuit, atque ex eo die **triennium**²⁰ totum ego et leo in eadem specu eodemque et **uictu**²¹ uiximus. Nam, quas uenabatur feras, membra **opimiora**²² ad **specum** mihi subgerebat, quae ego ignis copiam non habens **meridiano**²³ sole torrens edebam. »

AULU-GELLE, *Nuits attiques*, V, 14

¹ *specus*, *us*, *f.* : la grotte, la caverne, l'antre

² *edo*, *is*, *ere*, *edidi*, *editum* : *ici*, faire sortir, produire

³ *commisereor*, *eris*, *eri*, *commiseritus sum* (dép.) : déplorer

⁴ *pauefactus*, *a*, *um* : part. parf. de *pauefacere*, « effrayer »

⁵ *dilitesco*, *es*, *ere*, *delitui*, — : se cacher, se tenir caché

⁶ *mansues*, *suetis* ou *suis* = *mansuetus*, *a*, *um* : apprivoisé ; doux, tranquille

⁷ *porrigo*, *is*, *ere*, *porrexī*, *porrectum* : tendre

⁸ *ops*, *opis*, *f.* : l'aide, le secours

⁹ *stirps*, *stirpis*, *f.* : *ici*, l'écharde, l'épine

¹⁰ *uestigium*, *ii*, *n.* : la plante du pied

¹¹ *reuello*, *is*, *ere*, *reuelli*, *reuulsum* : arracher, ôter de force

¹² *sanies*, *ei*, *f.* : le sang corrompu, le pus

¹³ *accurate* (adv.) : soigneusement

¹⁴ *formido*, *inis*, *f.* : la crainte, la peur

¹⁵ *sicco*, *as*, *are*, *ui*, *atum* : sécher

¹⁶ *penitus* (adv.) : profondément ; entièrement, complètement

¹⁷ *detergeo*, *es*, *ere*, *detersi*, *detersum* : essuyer, nettoyer

¹⁸ *medel(l)a*, *ae*, *f.* : le médicament, le remède

¹⁹ *leuo*, *as*, *are*, *ui*, *atum* : alléger, soulager

²⁰ *triennium*, *ii*, *n.* : l'espace de trois ans

²¹ *uictus*, *us*, *m.* : la nourriture

²² *opimus*, *a*, *um* : gras

²³ Adjectif dérivé de *meridies*.

Une biche bien particulière

Cerua alba **eximiae**¹ pulchritudinis et uiuacissimae **celeritatis**² a **Lusitano**³ ei⁴ quodam dono data est. Hanc sibi oblatam **diuinitus**⁵ et **instinctam**⁶ Dianae numine colloqui secum monereque et docere quae utilia factu essent persuadere omnibus **instituit**⁷ ac, si quid durius uidebatur quod imperandum militibus **foret**⁸, a cerua sese monitum tum **praedicabat**⁹. Id cum dixerat, uniuersi, tamquam si deo, **libentes**¹⁰ **parebant**¹¹. Ea cerua, quodam die, cum incursio esset hostium nuntiata, **festinatione**¹² ac tumultu **consternata**¹³ in fugam **se prorupit**¹⁴ atque in **palude**¹⁵ proxima **delituit**¹⁶ et postea requisita perisse credita est. Neque multis diebus post inuentam esse ceruam Sertorio nuntiatur. Tum qui nuntiauerat iussit tacere ac ne cui **palam**¹⁷ diceret **interminatus est**¹⁸ **praecepitque**¹⁹ ut eam postero die **repente**²⁰ in eum locum in quo ipse cum amicis esset immitteret. Admissis deinde amicis **postridie**²¹ uisum sibi esse **ait**²² in quiete ceruam quae perisset ad se reuerti.

AULU-GELLE, *Nuits attiques*, XV, 22

¹ *eximius, a, um* : exceptionnel

² *celeritas, atis, f.* : la rapidité

³ *Lusitanus, a, um* : de Lusitanie (actuel Portugal)

⁴ Ce pronom désigne Sertorius, un général de l'armée romaine rusé. Ce dernier est également le sujet des verbes *instituit* et *praedicabat* de la phrase suivante.

⁵ *diuinitus* (adv.) : de la part des dieux

⁶ *instinguo, is, ere, instinxi, instinctum* : pousser, envoyer

⁷ *instituo, is, ere, institui, institutum* (+ inf.) : entreprendre (de)

⁸ *foret = esset*

⁹ *praedico, as, are, aui, atum* : proclamer

¹⁰ *libens, ntis* : volontiers

¹¹ *pareo, es, ere, parui, paritum* (+ dat.) : obéir (à)

¹² *festinatio, onis, f.* : l'empressement, la précipitation

¹³ *consterno, as, are, aui, atum* : effaroucher, épouvanter

¹⁴ *se prorumpere* (parf. *prorupi*) : se précipiter

¹⁵ *palus, udis, f.* : le marais

¹⁶ *delitesco, is, ere, delitui, —* : se cacher, se tenir caché

¹⁷ *palam* (adv.) : ouvertement, devant les yeux de tous

¹⁸ *interminor, aris, ari, interminatus sum* (dép.) : menacer fortement

¹⁹ *praecipio, is, ere, praecepi, praeceptum* (*ut* + subj.) : recommander (de)

²⁰ *repente* : soudainement

²¹ *postridie* (adv.) : le lendemain

²² *ait* (+ prop. inf.) : il dit (que)